

Ideo causarum Auctor dicebat, prima causa rerum creatarum est esse vere, sed esse **vere** dicit substantiam.

Pater per argumentum a minori ad maius. D. Augus. 7. de Trin. c. 4. Omnis res ad se subficit: Tunc arguo sic. Si omnis res, ut Angelus celum, plantæ, & lapides, a se subficit, quomodo Deus rerum causa subficit ad se, ergo ratio substantia est in Deo. Hoc quod primam probationem.

7. De Trin. c. 4.

Quoad quantitatem probo, q̄ sit in Deo. Duplex est quantitas, Alia continua, alia discreta.

Quantitas continua, alia virtutis } Dico, ergo, quod in Deo non ponitur quantitas continua, quæ di-
Alia molis, alia } cit corporeitatem, & limitationem cum sit infinitus, & illimi-

Finita: Alia infinita. } tatus incorporeusque, sed ponitur quantitas, quæ dicit virtutem Quantitas du-
infinitam. Hinc est, q̄ vocatur infinitus in vigore. Hinc dicimus, Magnus Dominus, & magna virtus eius.

Hoc assent Mag. in litera dicens. Deus est sine quantitate magnus. Sine qualitate bonus, sine indigentia creator, sine subdito, sine habitu omnia continens, sine loco ubique rotus, sine tempore sempiternus, sine sui mutatione, mutabilita faciens, nihilque patiens. Ecce in his verbis excludit omnes imperfectiones, limitationes, corporeitates, accidentias, & similia: Non tamen negat imperfectiones.

Præt. Probo, quod sit quantitas discreta. Nam in Deo est Trinitas personarum: sed Trinitas, formaliter loquendo, est numerus discretus, ergo ratio numeri, ergo rationes predicamentales sunt in Deo.

Præt. Quo ad relationem, probo, In relatione sunt istæ.

Accidens, } Modo. Nos dicimus, q̄ in Deo non est Relatio, vt arguit accidens, li-
Limitatio, } mitationem, aut potentiam habitudinem, quæ secula est ab actu, quo
Habitu modo potenter, & } niam omnia ista arguant maximas imperfectiones, sed dicimus, q̄
Habitu simpliciter, } solum est habitus producentis ad productum, vt habitus, in qua
Producens, & producuntur. } nulla est imperfectio? Quia est in Deo modo eminentissimo sicuti
substantia est in Deo eminentior modo, quam sit in creaturis, ergo.

5. Diu. T. 17.

¶ 9. diu. t. 2.

¶ 13.

Quoad actionem, & passionem, probo. In actione, & passione sunt duo consideranda.

Alterum quo ad imperfectionem, } Imperfectiones in actione, & passione sunt istæ.

Quo ad perfectionem, } Motus, Passio, inæqualitas, tempus, repugnancia, & similia, vt
termina a quo, & ad quem, in quibus arguitur motus, certum est, quod hoc modo non sunt in Deo. Nec ista
habent rationem formalem. Nam ratio formalis dicit perfectionem, sed motus, qui est de contrario in
contrarium, de resistentia in resistentiam, de vi majori in maiorem, vbi est inæqualitas, & temporis mensura ex-
pellit perfectionem.

Quo alius, & } Producens, & } Et dicitur esse speciei, Actionis, & passionis ratio, noui autem gen-
Qui ab alio. } Productum. } eris. Quoniam in ratione vniuersali sunt perfectiones.

Probat Doctor.

In diuinis est verissime producens, & productum, vt pater, & filius, ergo actio, & passio.

Præt. antecedens.

Nisi est verissima producens, & productum non esset productio illa prima simpliciter. Ratio in quolibet generi, & ordine, quod est primum, & per essentiam tale, illa productio, est prima ergo. Probo consequientiam.

Quia infertur forma denominans de denominato, vti dicimus. Murus est albus, ergo albedo in muro, ergo si hic est filii productio, ergo actio, & passio producentis, & producti.

Præt. In diuinis est potentia activa verissima, vti paternitas, ergo, & passiva aliquoquin esset frustra, sed potē-
tia activa, est agere, & producere, ergo actio, & passio.

Fundamentum proprium paternitatis, est potentia activa.

Fundamentum filiationis est potentia passiva, sed inter in actuum, & passiuū est relatio mutua. 5. di. 6. c. 20.

Præt. In diuinis est dare, & recipere, communicare, & communicari, generare, & generari, & spirare, ergo actio, & passio dempta omni imperfectione.

Cum actio, & passio omnia ista amplectatur.

Præt. inquit Doctor. Certum est, quod pater potest generare, & filius potest generari. Modo quero.

Aut potest hoc potentia abiecire actum, } Sed non est dicendum, q̄ generet potentia illa,

Aut potentia quæ est cum habitu, } quæ abiecit actum, quoniam illa potentia esset fru-

Aut potentia, quæ est in formatu actu exercito. fstra.

Nec potentia illa quæ est tantum in habitu, quia filius per illam generationem non esset in effectu reali.

Igitur erit per potentiam quæ habet actum exercitum, sed actu exercitus, qui est generare, est formaliter

actio, & passio, ergo dempta omni imperfectione, actio, & passio sunt in Deo.

Præt. si ponitur in diuinis relatio, a fortiori debet poni actio, & passio. Pater, quia minus nobile dicitur esse relatio, quia minoris, & minime, & nullius penitentia, inter omnia predicamenta, vt inquit Philo.

12. diu. T. ex. com. 19.

Hæc, quæ sunt ex Nostro Doctore collegi, quibus satis probatur, Deum esse in genere, vel rationes forma-

les, ex primorum predicatorum esse in Deo.

Modo adduco argumenta pugnantia contra opinionem, quibus probatur, q̄ nullo modo sint in Deo istæ

rationes.

Actus exerci-
tus.

12. Di. t. c. 19.

OPPOSITIONES CONTRA

Ioannem Bachonitanum.

Prima. Repugnat Articulo Oxoniensi, in quo negatur, quod prima Causa sit in genere, ergo non est ponēda ista conclusio.

2. Et probo, q̄ ratio substantia non conuenit Deo. Certum est substantia, consideratur tribus modis.

Primo modo composite, Compositum, vt homo ex materia, & forma, & hoc modo non conve-

nit Deo, quia Deus est summe simplex, & substantia composta caret simplicitate.

Secundo modo, simpliciter, Simplicity.

Tertio modo communiter, Communality.

Simpli-